

100

V I R O  
ET MVNERE ET DOCTRINA  
EXCELLENTI

**IOANNI GEORGIO  
WALTHERO**

SERENISSIMI ET CELSISSIMI PRINCIPIS  
SAXON. QVERFVRTENSIS ET WEISSENFELSENSIS  
CONSILIARIO, PHILOSOPHIAE PROFESSORI PVBLICO ORD.  
ET RECTORI ADI. GYMNASII ILLVSTRIS  
AVGVSTEI

**HONORES ET CONNVBIVM**  
GRATVLANTVR  
**PATRONI ET FAVTORES.**

---

L I P S I A E  
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

AK





**Q**uae TIBI post longos tandem, WAL-  
THERE, labores.  
Praemia proueniunt, gloria, sparta,  
torus;

Confilio veniunt, non simplicis impete fati,

Auspicio veniunt, iudicioque DEI.

Ex merito veniunt, non coeca voce fauentum,

Virtuti veniunt munera tanta TVAE.

Nuper eras, memini, mecum meminere sodales

Docta philobiblici pars et honora chori.

Delicium Philurea suum TE musa colebat,

Pluribus ingenii foetibus aueta TVI.

TE videt, et visum tiliis Torgauia nostris

Inuidet, et Pindo prae iubet esse suo.

Nec tamen illa suas intra TE continet vlnas.

*Principis* excitum TE videt ore sequi.

*Principis* imperio, quo non prudentior alter,

Arbitrium pacis militiaeque gerit,

Cuius et ingenium diuino numine plenum

Hoc agit, vt doctis artibus extet honos.

Obsequiosus abis, adiens *illustre Lyceum*

*Praefes*, ab AVGVSTI nomine nomen habens.

Vt, qui nunc meritis REINECCIUS auctus et annis

Hoc sub fasce gemit, TE subeunte vacet,

Postque diurnas tanto sub pondere curas

Liberior demta parte laboris eat.

Euge, senex meritis pariter Venerandus et annis

TE praeit; hunc annis TV meritisque refer.

Huic, TE quaeso, meo dic nomine mille salutes,

Nomine huic senium molle precare meo.

Illius immemorem me nunquam, dicque, futurum,

Hoc de me meritis commeruisse suis,

Tunc, varia iuuenem cum me ratione iuuare;  
Adhibitumque suis Lankifiisque libris.  
Sic TE multa salus maneat, sic, quicquid agendum  
Suscipis, ex voto, fluminis instar, eat.

Testandi amoris et obseruantiae ergo laetus  
addebat

**D. IO. CHRISTIANVS HEBENSTREIT,**

in Academia Lipsiensi Linguae sanctae Professor Publ. Ord.  
et S. Theologiae extraord. Collegii Maioris Principum  
Collegiatus.

**F**ata regunt homines, sed maximus arbiter orbis  
Numine perpetuo, fata putata regit,  
Ille dedit nasci, quid? quod praestantius, vnus  
Egregios homines impedit ille, mori.  
Ille per ambages et per discrimina rerum  
Ad vix speratum culmen honoris agit.  
Sic ego, quando tuam fortunam mente reuolo,  
O dilecte Deo dulcis amice! puto.  
Hunc ego, tunc iuuenem non lauta forte fruentem,  
Pauperie memini non cecidisse sua  
Huic desperatis rebus de limine mortis  
Ad vitam numen posse redire dedit,  
Seruauitque suis, ne tempora nostra carerent  
Egregio meritis et probitate **VIRO**  
Omnia nunc rident, clementia **PRINCIPIS**, vxor,  
Hoc pretio vellet forte quis esse miser.  
Esto diu felix, et, quam tibi prima negauit  
Annorum series, vttere forte senex.

Pristini temporis memoriam recolens  
scripsit

**D. IO. ERNESTVS HEBENSTREIT,**

Anatomiae et Chirurgiae Prof. Publ. Ordinarius.

**C**ontendunt Diuae, regnant quae vertice  
Olympi,  
Iuno, Minerua, Venus, quae potior merita  
**WALTHERVM** Regina Deum maectauit honore  
Principibus caro munera digna ferens:  
Doctrinam Pallas seuit de femine coeli,  
Munus quo sanctum non dedit vlla magis:  
Aurea sed ridet Dea Murcia conciliatrix  
Accersens sponsam, sponsa Deae similis:

Sed WALTHERVS amat lepida[m], sapientia  
cordi est;

Escaque mentis honos; sic tribus aequus amor:  
Tres pariterque colit Diuas, petiturque Deabus,  
Omnibus optatus, laetior vnde redit.  
Omnia dat Phoebus, praestant Phoebelia dona:  
Primus honor mentis, gratia in ingenio est.

Amico ter beato dedit,

F. M.

---

**Q**uid tenui grauius Musae de sorte queruntur,  
Digna dari studiis praemia nulla fuis?  
Quid se contentas cunctis, quid nullo in honore  
Regibus esse dolent Principibusque Viris?  
Causa queri non est nostris, dum gloria Phoebi,  
AVGVSTVS felix delictumque manet.  
Dumque IVENTVTIS PRINCEPS, spes  
certa nepotum,  
Se studet in Musas aequet amore PATRI;  
Dum cognata HEROS exempla secutus ADOL-  
PHVS,  
Vt timor est hostis, sic amor Aonidum.  
Hoc WALTHERE TVIS studiis dignissima dante  
Praemia, TE lecta coniuge iungit amor.  
Sic amor et PRINCEPS in TE WALTHERE  
Camoenas  
Non inhonoratas posse manere probant.

Hic AMPLISSIMI WALTHERI nouos honores et connubium  
nuperrime inritum feliciter enire optat

IOANNES ERHARDVS KAPPIVS,

Eloquentiae in Academia Lipsiensi Professor, Collegii Maioris  
Principum Socius et Academiae Decemuir.

---

**A**scendit WALTHER, venit aucto gloria trina  
Cum Titulo Munus Coniugiumque simul.  
Haec tria perfectum faciant, et Numine Trino  
Omnia propitio terque beata fluant!

Memoriae honorisque causa,

M. IO. FRIDERICVS GÜHLING,

Archidiaconus Chemnitienfis,

\* \* \*

21. Nov. 1967

-9. AUG. 1982

78 M 355 (1)

ULB Halle

3


002 188 791



TA 50L

V077







166

V I R O  
ET MVNERE ET DOCTRINA  
EXCELLENTI  
**IOANNI GEORGIO  
WALTHERO**

SERENISSIMI ET CELSISSIMI PRINCIPIS  
SAXON. QVERFVRTENSIS ET WEISSENFELSENSIS  
CONSILIARIO, PHILOSOPHIAE PROFESSORI PVBLICO ORD.  
ET RECTORI ADI. GYMNASII ILLVSTRIS  
A V G V S T E I

**HONORES ET CONNVBIVM**

GRATVLANTVR  
**PATRONI ET FAVTORES.**

L I P S I A E  
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

Ak

